Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

perfectione subtraxit.
Sed misit xii scribas
ac phariseorum princi
pes ac magistros qui
ex hebreo et greco et la
tino sermone elimati et
ydonei ad altercationem
proposita viderentur. Consta
ntino itaque et licinio quater
consulibus die ydium mar
tiarum facta est synodus in
urbe roma. In qua di
versarum provinciarum fuerunt
episcopi numero lxxv. Sacer
dotes iudeorum centum et viii.
exceptis his xii qui ab
ysachar pontifice alter
cationis gratia fuerant des
tinati. Presentibus ita
que augustis et universis
aulicis potestatibus intra
palatium factus est conve
ntus. In quo auditores
esse voluerunt constantinus
cum helena matre sua au
gusta. Judices vero hos de

derunt qui nec iudei es
sent nec christiani ne unius
e duobus gratiam sive par
ti refutaret et veritatem pro
suo cultu assereret. Fuit
ergo datus cognitor quidam
phylosophus craton no
mine qui tam greco quam
latino magisterio eruditus
erat: qui numquam suaderi
poterat ut ab aliquo aliquo
loco muneris acciperet. Nun
quam in iudicio personam
regis vel cuiuscumque pote
statis accepit: et cum ami
cus esset terreni imperii ni
chil voluit habere terre
num. Rethoricam tam la
tinorum quam grecorum per an
nos aliquantos nobilita
ti romane exposuit. Qui
cum ut dictum est nichil haberet
penitus in futuro die sua es necessarium
se asserebat omnia que cumque
oculis libenter aspiceret: as
struens omnes divites cum